

PVLCHRISVPER MONTESPEDES
EVANGELIZANTIS



SIVE

IN PEDO, ET PEDE
PEDEMONTII
APOSTOLUS THAUMATURGUS

Insulata Sedis Apostolicæ Gratia

DIVUS
FRANCISCUS
SALESIUS

Ex Tertio Ordine S. FRANCISCI de PAULA

Paulino-Paulanâ Minimorum Maximâ :

Agnate Humilitatis nihil, omnibus à pedibus,

Apostolico Charitatis Pede Orbi, & Urbi factus omnia.

Prage in Ecclesia Salvatoris in Urbe Veteri

apud RR. Patres Ordinis Minimorum

S. FRANCISCI de PAULA

Annò MDCCXVIII. die XXIX. Januarii

ditione panegyrica honoratus

à P. ANTONIO SALETKA

Societatis JESU Religioso.


Pragæ, typis Universitatis Caroli-Ferdinandæ in Collegio Soc. JESU ad S. Clementem.

SUB
SACERRIMIS
AUSPICIIS
EJUSDEM
ARDENTISSIMI
Infulatæ Celsitudinis * Præfulis
Præfulum Genevensium
SOLIS (*)

D. FRANCISCI
DE SALES
Pedemontii, Sabaudiaë,
Aquitaniaë, Transalpinique
Horizontis
APOSTOLI ZELANTISSIMI,
ZELOTIS THAUMATURGI.
Minimorum
PATRONI
Maximi.

(*) *Theoph. Raynau. Episcopus Genevensis insignit titulo Celsissimi.*
(*) *In Prefatione vitæ dicitur Sol Præfulum.*

SACERRIME
GENEVENSIUM PRÆSUL
PRÆSULUM PHOEBE
D. FRANCISCE
SALESI.

 *Haumaturgo Infulatæ Celsitudinis tuæ Pædo, & Pædi accidui, modico hoc laudum tuarum folio ad te sacerrime Præful devolvimur Minimi; Vix ausuri infulatam accedere Majestatem, nisi nos voluisses esse tuos, & teipsum domesticum fecisses Minimorum. Suspiciamus in Te Thaumaturgum Pedemontii Apostolum, montanum Thaumata, & ibi desiderii avemus subsistere; ubi Celsissimi, & Minimi, infimi, & Maximi sororia incedunt plantâ, pedè parili, & parallelo. Ibi securi de Benevolentia optamus stare, ubi Orbis Atlanticum haberet columnam, si ruinam minaretur. Fuerint sua Pagana Vetustati Olympia; Tu gigantea veterum vestigia laureato assecutus es passu, metam insuper excessisti, qui ultra orbis margines stadiodromus excurrisses, si quid ultra in Apostolici laboris semitam defluxisset. Prævivere solum atatem tuam celeres stadiorum Mercurii, non superârunt, quos tu virtutis talari præcessisti; Illi si tua vixissent tempora, non nisi tantorum passuum fuissent sequaces. Agilitatem singulorum fecisti tuam, tuam assequi non potuissent singuli, si tecum Pedemontium, Italiam, Galliam, Aquitaniam decurrissent. Accessit speciosis pedibus Præfulare dignitatis Pædum, & invenit Te Celsissimum, non fecit, qui ad sanctitatis montes à crepundiis meritorum plantâ es eluctatus.*



ORATIO.



Delassate magno nomine Orator!

& adhuc stas? Atlantica inclinatur prodigia, Pyrenæa supinantur pinnacula, Alpinae flectuntur marpesia, turritio proci-
duæ homagiò altijugæ fatiscunt moles, & adhuc stas? SALESIIUS Orbis, & Urbis
thema, decumanus encomiorum Oetha,
Cumanum Franciæ, Genevæ Cynthius, Aquitanæ Pharus,
Anesii Gloria, Pedemontii Mercurius: in pedo, & pede Le-
gatus natus, montanum thauma, thaumatum Odyssea, &
adhuc stas? SALESIIUS epomidatus Præco, Olympionices infu-
latus, Apostolicæ Sedis Gratia, Gratiarum ædes: in æde, &
fede, in pedo, & pede: *Justitiæ Metropolis*, (*) Numinis Solum, (*)
Coelitum Regia, & adhuc stas? SALESIIUS *Divinitatū conchy-* Theoph.
lium, (*) *Transalpina gemma gloriæ*, (*) gemmæ scatebra Inno- Rayn. de S.
centiæ, Innocentis poenitentia Jordanes, aureæ charitatis Sale. ex Ist-
Pactolus, coelicis refertum charismatis salum: in salo, & so- do. Pelusio.
lo, in æde, & fede, in pedo, & pede, in Orbe, & Urbe c. 2. epist.
Paulanæ Sanctitatis periocha, magnorum Nominum summa (*) Creux
rium, Minimorum portentum, Numen quoddam portentoso in vita.
sum, & adhuc audes? adhuc peroras? & adhuc stas? Non (*) Theoph.
bene fastigiato vertici vertigo sociatur ingloria, non apodum pe- Rayna. ut
des supra.

*Prævolasti anhelantis Te fortuna desideria; quæ enim illa ad honore
culmina tibi disponebat adyta, in his jam consistebas. Scilicet: Se-
renam Cynthii induisti naturam, ascititiâ hic non eget lucis bractea,
sat suo dives fulgore; cui insuper quidquid illustrium Natalium mi-
nora habent sidera, suo velut Principi debent tributarium. Illu-
strasti Præfulum Phæbe honoris insulati auctaria, non illa splendori
tuo adjecere scintillam, qui equè in obscura sancta humilitatis lemno
egisti meridiem, ac in honorum auge clarus effulisti. Unde sanctior
fama, quàm fumosior gestis magis, quàm plausibus gloriæ tuæ monu-
menta posteris transcripsit, ut etiam silente modestia tua vocates lo-
querentur pagina, quantus fueris, cum Gigantum passu vestigia im-
pressisti ad sequelam. Sequimur Te Præful Celsissime Minimi, sed
cei humiles myrica, latifolia sublimis virtutum cedri non valentes
assequi, suspicimus altitudinem, quâ DEUM respicis, coram quo so-
lo, cum sit Maximus, tuam amittere videris Celsitudinem. Re-
spice hanc oratoriâ exaratam pennâ Minimorum pagellam, quæ in
Tbaumaturgi Pedi, Pedisque tui elogia affectu excurrans in plurimas
ipsa se de tua Celsitudine fatetur scripsisse, dixisse nihil. Nempe
novit illa Te Julii Cesaris esse pareion, qui non nisi suò ad digni-
tatem scribi potuit calamo; neque Tu alienò. Tuâ tamen nos non de-
dignare pupillâ, in quem nostrum oculi sunt omnium. Admitte in
Te Mecanatem respicere, qui domesticâ Gratiarum tuarum munifi-
centiâ nobis prospicis pra Nerva, & Trajano. Patere Minimorum
Patrone Maxime hoc folium esse tuum, quod tibi devotissimò sacrat
homagiò.*

SACERRIMÆ CELSITUDINIS TUÆ

Æternum devotus

Conventus Minimorum S. Fran-
cisci de Paula Pragæ ad S. Sal-
vatorem.

(*) Societatem JESU Brachium Ecclesiae vocat Clem. VIII. (*) Ovidius.

des pedi Gigantæ. E fracla Patris Cantabri tibia vix abortivus es Scazon, & qui thauaturgi pede Apostoli, vias ambulantis rectas, dictionis decurres Appiam? Materno Brachio (*) votivus nondum accessisti articulus, & qui pedum Præsulis sustinebis infulati, cui humili insuper interdicto veteris blandiri, & tiaræ. In senis baculo domesticas loqui viclorias habes in indulto obediens, non laureas à Præsulari scipione triumphales. *Siste pedem* (*) Aristogiton! quacunque iter decurreris metaphorâ, claudæ similitudinis incedes argumentò. Ariolare, & divina, quis in pede SALESII non tanges; si tangis, palpo es: pedes SALESII non sunt pedes Achillei, tingit, tangit Achillem Thetis, & plebejò etiam sagittabilis est ferrò ad vulnera, non SALESII; qui solò sagittarii coelici telò potest fauciari: Assimila, & assymbola: quis in pede SALESII? dubio non enatabis è fluctu: Pedum SALESII, Tridens non est Nerei, sanctius ille obsequenti Rhodano leges instillat Tridentini, quam æquoris Arbitræ sua Tritonibus imperia in Tridente: Pedes SALESII non sunt pedes Atalantici: Speciosa Euangelizantis planta malò Hippomanis non capitur Cypriò, cui totum Empyreum Regale Parthenii Imperii est pomum, donum. Pedum SALESII caduceus non est Mercurii: Sibila hic manutinet serpentina, ille tuetur oracula, sybillis majora: quia & vaticina, & Vaticana. Pes SALESII non est semipes Vulcani, auream ille integrat ætatem, non ferream cudit; nisi fortè vitis, si indurescant. Pedum SALESII ræda non est Promethei, furtivis illum tædet ardere ignibus, qui solem accenderet, nisi jam arderet. Pes Archimedis non est archipes SALESII, locato hic intrâ mundi orbitam pede ita invertit universa, ut curvæ in terras animæ sua se deseruisse stativa, erectoque ferri ad sidera vultu obstupescant. *Siste pedem* orator devie! conceptum invertit SALESII, præposteram corrige dicendi genesis, à Capite procede in exordia, & gratiosâ symmetriâ sub epilogi confinia deflues in pedes, & stabis Apricæ frontis cilia arcua in trophæa, & invenusto suadæ stygmate non impinges in frontem, & stabis. Pro casta oculorum perora crystallo, & felici optica prospicies finem, & stabis.

Ver-

Verbosam linguæ facundiam fecundo-anima conceptu, balbò non titubabis labiò, & stabis. Age, verte in pedo syllum, in pede argumentum, nondum horariam versavit Saturnus clepsydram, adhuc favent momenta, ut consilium capias ex arena. Et verò peroraret pro Conceptu Pallas capiti domestica, nisi in pedo, pedèque SALESII, & caput literatum discurreret, & vigilaret Argus, & frontem haberent venustæ sinè Venere Charites, & linguosa vocalesceret Loelia, & cordatus palpitaret Hector; nisi SALESIIUS gradiens caput, frons incedens, oculus ambulo, ambulans lingua, cor cothurnatum, in pedo, & pede Apostolicum foret omnia. Iergo! *I pede fausto!* (*) Orator SALESIO pediseque! (*) Horat. Ep. 2. Tandem aureo Pyroëntis proculus pede aurorat conceptus, tandem in pede summorum capitum concentrata lucefcit aurora, tandem nova in pedo humanatur Pandora, nova virtutum coalescit Pamphylia. *I pede fausto!* in pede SALESIIUM, in SALESIO adora omnia, in omnibus infulatum Apostolicæ Gratix complementum. Sed hem! iterum *heret pede pes* (*) exinanitus pedo, orbatu pede occurrit SALESIIUS, humili facundia totam annihilat panegyrim: *ego homo non sum, peccator, nihil.* (*) Heu! quò me pedes? quò me SALESII hauris Eurippò? quâ dicentis stativa dissonas cadentiâ? ad nihilum delaberis, qui laboriosi coeli operâ ad universi utile assurrexisti. Hominum ematricularis syllabò, qui Coelitim albo millia inscripsisti. Ergone peccator? qui Gallicanò Henrici, Herculis dicere debui, encomiò, Unjversitatis Angolopolitanæ innocens Academicus, *Angelus es incarnatus*, (*) Lanovius A. 1613. Qui Sororix Angelorum chariti D. Aurilotiæ *Angelus à DEO* (*) D. Aurilotiæ dictus de S. Saesio. *missus*, (*) missionarius cælicus Innocentiæ es propagatæ. Non assequor grande in nihilo ænigma, nihil non capio in SALESIO. E vestra, auguror, Religiosissimi Patres Minimi hoc ænigma prodiit politica, è vestra Paulino-Paulana emanavit maxima. Huc Solem Cynice! prodeat in lucem maxima, cum maxima Minimi: Vos è vaticano Leonis X. oraculo *sulgentes estis Lampades*, sed in his Charitas ignis consumens illustri martyrio sua in nihilum redigit elychnia: *non sibi, sed aliis.* (*) Vestra virtutis actuosæ cimelia *thesaurus* sânt Paulo (*) Picinellus. IV.

IV. sed absconditus, Ecclesie ditatis æraria, sed ære non tin-
 (*). 2. ad Co- nulo: quia Paulino: *pro me autem nihil gloriabor.* (*) Vos Flos
 rinth. c. 12. estis areolis Clementinis, rosam auguror: nascimini ad tiaras,
 & purpuras, erubescitis ad gloriam: *Gloria mea nihil est.* (*)
 (*) Joannis Vos pupilla estis Innocentio VIII. (*) tam Innocens, ut, qui
 c. 8. v. 14. in oculis omnium estis omnia, oculi ametis, non videri. In-
 (*) Ex Bul- video vestram vobis Minimi Maximi, & politicam, & maxi-
 lario Mini- mam, quam ipsæ Augustæ ambiunt Majestates, ut stent co-
 morum. ronatæ. Unus Cæsarum Pater, utinam Magnus Nepotum
 avus Leopoldus! Cæsaræo-Austriacæ stirpis furculus cum es-
 set Minimus, Paulano indutus amictu secundo factus est Mi-
 (*) Lanov. nimus, (*) & bis terque felici prognostico callem invenit Mi-
 ia Chron. nimo humilitas, quæ olim in Maximo stetit paludata Maje-
 1629. stas. Prælusit infanti humilis cucullus, quantum olim Galea-
 to Alcidi futurus esset ancile, quando decalcato Thraciæ cor-
 nu, Ottomannica Luna sub pedibus (*) flectetur Triumphatoris.
 (*) Apoc. Non miror jam insulatum in pedo Præsulem, in pede Pede-
 c. 12. montanum Apostolum sibi viluisse in nihilum: pulchra nempe
 Politicâ, eminenti Maximâ à Paulo primo Minimo: *ego sum Minimus*
 (*) 2. ad Co- (*) Patriarcha Paulanus, à Paula doctus SALESIUS fieri omnia,
 rinth. c. 12. esse nihil, in pedo, & pede: *nihil sum.* (*) *factus omnia.* (*)
 v. 11. Et hoc est, quod hucusque Salesianis ligata pedibus, so-
 (*) Ex Vita. luta in periodos non abierit Oratio, verebatur excurrere in
 (*) Ex Of. plurima, nè SALESIUM non diceret, nihil dicere non potuit:
 fic. Rom. quia pro SALESEO stant omnia. Rupit tandem pedicas, sol-
 vit Oratoris gordium Euangelicus in pedo Episcopus, Apo-
 stolicus in pede Athleta: in utroque unctus, in utroque Pau-
 lanus Purpuratæ Berullii Eminentie: *alter CHRISTUS*, oleum
 effusum SALESIUS. *Tinxit in oleo pedem suum,* (*) & affusa
 (*) Deute- Charitatis Vesevo virtus oleaginea incineravit Phœnicem, ut
 ronom. c. esset nihil; eadem supernatare fecit felicem Gratiarum Alto
 33. v. 24. Palinurum, ut *cunctis altior iret.* (*) Imminuit, ut emereret.
 (*) Virgil. Huic Alto si non supernatârit orationis Aplustre, Religiosissi-
 mi PP. Paulani affundite oleum, si mergi cœperit: Jocularis
 (*) Plautus. Comoedi salibus: *remiges, sunt pedes,* (*) pro pedo, & pede SA-
 LESII remigantem vestra excipiat navis Basilicæ Salvatoris à
 Paulino-Paulanis rostris, & rostrata, & gloriosa. Si denique
 cala-

calatus erudita non emerit è Sepia: *affectus* Aurelio sunt
 pedes, (*) affectu perorare statui, non eloquentiâ calamistra- (*) Augu-
 tæ. Favete ergo affectibus PP. Minimi, vosque Auditores tin.
 honorandissimi, simul & Academici, & oratio Pedemontano A-
 postolo, Thaumaturgo SALESEO procedet à pedibus. Favete;

Ite Rhœthæis Socia triumphis

Ite Virtutes. (*)

Montanum prodigium parturit Rhætia! *iterate nexis fert a tro-* (*) Sarbie-
phis (*) *Ite!* Proh lentipedes ingenii acharates! iterum te- vius.
 studo in planta, iterum non assequor SALESIUM. Nondum (*) Idem.
 collium desiderio laureato enixus partu infantem pedem in
 orbem intulit ambitus Pusto, & jam non sola Apœnini juga,
 rupesque Rhætiæ Rhodopæas, verum alato prænunciæ ma-
 gnitudinis passu transcendit universa. Adhuc uterò gestatur
 Charanfonetiæ (*) & jam gestis portendit, quantus Gigas (*) Mater
 nascatur ad currendum. Nedum paternam ditionem nata S. Salef.
 litiâ ingressus est pompâ Hæres Castellanus, (*) & jam famæ
 indicit tributa, ut ante fascias vulget miracula, victrices ole- (*) Nascitur
 as ante crepundia lactentis. Credebant Allobroges Transal- in castello.
 pini fasciatam solum gradi non posse infantiam, donec SALESIUM
 materna adhuc ligatum alvo in calcaneo suspexissent trium-
 phantem, & purpuratò sciissent Baronii elogiò, singulari
 Gratia privilegio pene cecinisse præana, cum alii triumphati
 à flagitio nœniam; Alcide supparem colubrum vicisse ante
 cunabula, & ferè ante vagitum sibilum Acherontis: SALE- (*) In vita
 SIUS *in Adam vix peccavit.* (*) Non miror historicam Eccle- p. 3. c. 7.
 siæ Livii hyperbolen: adeò enim celoce talari SALESIUS ad-
 hæsit Gratia, ut dubites, an non ipse Palæstinæ inter mon-
 tana conceptus Gratia Præcursor, viator fuerit, cum SALE-
 SIUS Gratia comprehensor. Evoco in Olympia corrivalem,
 Invisit materni uteri captivatum ergastulò Joannem Gratia, à
 compede solvit Adamæa, nondum ab alvi vinculis absolu-
 tum, applausit ille Eucharisticò munificæ gratia pedum cho-
 ragiò, sed è nativo uteri clastro pedem non extulit, ut præ-
 veniret invisentem. Velocior inter Rhœtiæ montana exiit
 SALESIUS, vix animatus, animarum Reginam sentit vicina
 re

re Gratiam, carneâ rumpit repagula, natalitios referat postes,
 (*) Virgil. I. 8. Æneid. seri ortus diffringit feras : *pedem pede fervidus urget*, (*) & binâ
 (*) Ex vita. mensium lunâ (*) nativitatibus antevertit Solem, ut occurrat
 Gratia, quæ Sacramentali lavacro, an salutari pedilavio ab-
 lutum SALESIUM, si non Baptistam, baptizatum fecit Præ-
 cursorum. Uterque Solem Justitiæ adoravit in Virgine, sed
 fas sit dicere augustius SALESIUS, qui in Virgineo Augusti si-
 dere, (*) ceu locus ab undis Tiran montanis illuxit, Joannem
 (*) Natus in Augusto. opaca adhuc uteri valle obumbrante. Applaudo celeri via-
 tori, cui sinuosæ silicum rupellæ, salebrosæ montium cautes
 non jecere remoram, ut viam carnis ingressus universæ, jam
 Christianus sobolesceret Empyreo, cum alii adhuc nepotes
 Tænari, terrâ pede non salutârunt. Pedemontanum veneror Sta-
 diodromum, qui inter saxorum invia, nè primâ plantâ offen-
 dit in lapidem, sed thalis, aut alis : *germana in rupibus Allobro-*
 (*) Theoph. Rayn. in Hagiol. Lugd. *gum Aquilarum soboles* (*) communem mortalium callem trans-
 volavit. Nimirum nihil SALESIUS debebat esse invium, qui
 nascebatur ad omnia, omnia advolvi in suppedaneum, qui in-
 fra omnium pedes sibi futurus erat nihil, amatorisque decli-
 via vallium tesqua repente cum serpillo Minimus, qui subli-
 mes inter lapidum colossos à Majoribus laureata serie descen-
 debat. O grande nihilum SALESIUS ! quod cunarum am-
 plitudo non capit, & domesticus obstupet aulæ paries, vix ca-
 pax ferendæ majestatis. Huc oculos Arge ! argue quantus
 in ortu SALESIUS ? Et hem ! oculus sit scopulus, pupilla
 scylla, luditur, fallitur : nihil videt de infante. Bene habet !
 prima ætatis lanugine autumnat in virum. Nihil levitatis vi-
 det in vagiente : viâ incedens lacteâ *gravitate morum*, & *Inno-*
 (*) Breviarium Roman. 29. Jan. *gentia* (*) lactatur in Catonem. Nihil mediocre tenella in
 compage : virtutis incrementò grandescit in Enceladum. Ni-
 hil in artibus culpabile : in carne sinè carne crescit in Ange-
 lum. Nihil inconstans in incessu : stat in Calimachum, nisi
 hic in vitæ deliquio, ille in aurora stare Constantinus ; imò
 erro, non stat SALESIUS, de virtute graditur in virtutem,
 de aulæ in Athenæum, à prætexta ad Palladem, ab illustri-
 bus Profapia montibus Claro-montum, à domestico gynecæo
 (*) Studet apud PP. Societ. JESU. ad Musophilam Societatis Gymnadem. (*) Pyrenæus adamas,

ad Pyrhi annulum, Apicula ad Florilegia, Agnellus ad
 pascua. O Pulchra parilis velleris Minimorum Socie-
 tas ! imò nulla Societas, fuge mi agnelle, in lupum in-
 curristi, Loyolæis ceris impressus *lupus* est, & *tripus*, (*) in tri-
 pode mors, morsus, voracem fuge Hyænam, quæ societas lu-
 po, & agno ? Prospicit, inspicit, non respicit SALESIUS, ve-
 rum innocens sibi factus orator, sic fatûr, & inquit : sit tri-
 ste lupus stabulis, mea mihi satietas JESU societas, sympathi-
 câ naturâ : *Lupus & agnus pascuntur simul* ; (*) Neque ideo Mi-
 nimus Benjamin non benedictus : quia *lupus rapax* : (*) rapi-
 ar, ut server, minuar, ut benedicar. Nempe cum Romulo
 lupino pendere debuit ab ubere, per quem olim Roma no-
 vam sui visura erat Ichnographiam in Pedemontio, non Re-
 mi, sed Erebi ad invidiam assurgentem. O Felix Claromontana
 JESU societas ! quæ agnino foederata fideri ultra-Phœ-
 bum inclaruisti ! Obscurum est Parnassi nomen, à quò hoc
 Minervæ corculum tuam adivit Corynthus. Exaruit litte-
 ridum Castalis, casti amoris discipulo Apollinem audiente, non
 Musas. Pegasi ungula error est Aonius, tenellò Theseò ve-
 stigia sequente laboris sancti, non Labyrinthi. Concentret
 Apelles Pindi fabulam in tabulam, non Heliconem pinget in
 SALESIUS, sed Iconem à sapientiæ Divinæ prototypo, nè lineâ
 aberrantem. Scilicet : nè passu ab agnina agnata recedebat
 pietate, etsi Pieridum pedibus ambularet. Et quanquam ne-
 scias sub cujus Magisterio prima exceperit dogmata, id cer-
 tum, Emmanuelis institit præceptis ; quam enim palmam præ-
 ripuit singulis, cessit. Id palmare ducens : erudito pede præ-
 ire omnibus, sui non nisi defluam à lauro insequi umbram,
 nihil.

Nondum in meta, nondum in apice pedes SALESIUS. Li-
 liata Gallia peregrino Adonidi stadium fit triumphale, Lutetia
 Orchæstra, peripateticos inter sentes adolescit Liliium. Lilia
 Innocentiæ ditat argentò, nè virtutis indigus paupertino pede
 Christianus ultra incedat Aristoteles, (*) sed aurigante curu-
 les gloriæ virtutis Ethicæ, spolia Olympo invehat laureata. Auscultat
 Magistros discipulus, & nisi sæcula antevertisset Sta-
 gyrites, Boëtiâ dixisset Franciam, Eurippum SALESIUM,
 ad

(*) Insigne Gentilitium S. Ignatii.

(*) Isaiæ c. 65. (*) Genes. c. 40.

(*) Audit Philosophiâ Parisiis.

adeo qui plus quam Nilivæ sapientum eluvione inundavit omnia, refluxu humilitatis fluctu in propria gloriæ thema refluxit nihil. Impares Minervæ cunas tanto capiti videre Pares Francici; solus ad verticis sui amplitudinem cæcutiebat. Platonem redanimari jurarunt Stoæ, cum esset *Divinus*, vix nomen hominis sustinebat. (*) In ore omnium multiloquâ ferebatur famâ: in Numinis elogia cum esset Tullius, obmutuit in sua. Tunc solum sine pedibus volucris manucodia, cum plausuum murmur, plaudentemque gloriosi Nominis fortunam deberet insequi prævolantem. Resume pedes divinissime SALESII! qui humili à fronte non subtimes leones, à tergo ferociter blandientes expavesce lenas. Et jam Padua Athletæ fit Pharisæia, stat in aciem non Penthæsilæa Amazon, sed umbra Plutonia, Venus Damocli venenosa, Nicææ invenusta, vel Mulcibero nupta, parit crurifragia; & quid SALESIIUS? in Castellum stat castissimus, Daphnæâ pugnam auget victoriâ, & non falluginoso solum verbere libidinosa sternit Glycerium, sed Parthicâ fugâ, fugitivo proculcat pede heros laureatus. Plaude castellum SALESII! æternò celebranda cothurnò: *he-*

(*) Ovidius *roici res erat ista pedis*; (*) ita enim verò egregiam epico pedi accordavit cæsuram, ut fortunatius hostem cæcidisse videri posset Cæsare triumphante: *nec vidit, vicit*. Audete fucati Ardeliones, & fastuosa Cæsaris incingite tempora laureis, SALESIIUS Lauretum totum abiit in coronam, quâ *Virginium ca-*

(*) Propertius l. 3. *put* (*) Dominantium Regina Lauretana, non Tarpeja Regum Domina laureavit. Nimirum Parthenia non nisi laureari potuit dextrâ: *in celeres gloria nata pedes*, (*) cujus illibatò auspiciò victor de carne, ut *vinctus esset in Domino* (*) casta sibi injecta virginalis triumpho laurea! in cujus smaragdino virentis ævi augustali prælagi frondescent honoris omina, & vel:

(*) Ad Ephel. 4. *omnia venit una fronde triumphus*. (*) Venerunt SALESIIUS cum ea omnia, quando annihilatâ teligeri Cupidinis pharetrâ, annullatòque veneficæ Cytheræ jaculò faustiore adrepsere pede, quam regalis sapientia Regum Apollini, Palæstino sapientum Trismegisto; ipsa enim pudico SALESIIUS pedi in censum venit sapientia, cum qua adgeniculantem habuisset orbis fortun-

(*) Homerus. *tu-*

tuam; nisi latreviticam respuisset. Audit Sorbona SALESIIUS, & Aquinatem suspicit, tam in corpore loquebatur Angelicè. Innatârunt labiis oracula ceu mellificia, & sapientia procella vasta ingenia obruebat. Resuscitavit doctrinam Magistri, & nisi velociore passu prævissset Aquinas, concepisset novam, renatam fecisset Primò genitam. Eucleavit ita dogmata Præceptoris sancti *Eximie Doctus*, (*) quasi Thoma ingenium transcripisset hæreditate. Fatentur purpurati Sorbonenses Sirmondus, & Maldonatus, non eguisse Magistrò SALESIIUM, nisi humilitas discipulum fecisset. Academici scientiarum Pan-Athenæi cum princeps esset ornamentum, vix admisisset Theologicò lacertos onerari ostrò, nisi cum honore purpurato sanguinei laboris muricem obtinuisset. Novit SALESIIUS Eximii honoris semitam, non niveam socordix esse Galaxiam, neque mollia Cygni vellera, sed aut arduum Jasonis callem ballante pro agno deserta in Colchide, aut laboriosam Persei semitam furentem contra Medusam. Novit: *pedes doctrinæ esse prognoses* (*) *Doctores Ecclesiæ pedes*. (*) Gregori. (*) Origen. Hi ut fidei erroneos ducant in lativem, illi ut stando excubent, nè fideles in acie Campi Floræ cursores à Latio descedant in latibula, & stygia hæreseos spelæa Romana adorent pro specula Prothei inconstantes. Stat totus in pedes SALESIIUS, pedes obarmat pennâ, caractere cursivo concipit volumina, & uno VERBI Alpha integras pseudolibrariæ hæreseos bibliothecas configit, coronatæ alicum Reginæ imitatus ingenium, non ensem hæc capite ventilat pro crista, sed arma pede tractat in excidia; ubi enim armati pedes, ibi victrices veniunt adores, & trophæa. Hostis sit æneus, Maronis æneidi: mollescunt *omnia sub pedibus* (*) Adhuc caput dolent decalvata Calvinii siliernia, quoties refricant SALESIIUM pedestri Marte euntem in vulnera, & ruinam. Jacent sud malè confusi chaò Bonnius, & Davulius, adultera fulsuri phænomena Gallico in Horizonte, nisi errantia sidera obscurâisset SALESIIUS, ibique fixisset pedem, ubi errare docuerunt. Impugnabant foedæ Gorgones amabilem Gratix libertatem, & servi esse maluerunt severè dominantis heræ, quam liberi Martis gratiosæ: victi, quam victores. Vindicavit Gratix natu-

(*) Ex vita Pontificis de Saesio Oraculum.

(*) Gregori. (*) Origen.

(*) Virgilius l. 7. *Æneidos*.

(*) The- turam SALESIIUS (*) & Gratia succurrit vindici, ut victoriam
oph. Rayna. caneret, quoties vellet; posset non vincere quoties vicisse
Ex opuscu. nollet. Laneo subinde incessit pede cunctator Fabius, ut
S. Salesii de imparatos obrueret; imparatus accessit, & confudit omni im-
amore DEI. prægnaatos apparatu. Exsurge etiamnum zelosissime Vindex
SALESI! Sedis Apostolicæ es Gratia, exsurge in Gratia vin-
dicias! & servilia captivantis Gratia mancipia emancipa in li-
bertatē, fac Albanis montibus candidē credere, qui malē credentē
liliatē. Divisi partium conceptus partus Ecclesiæ fiant Uni-

(*) Bulla *genitus*. (*) Audiat Gallus Petrum, non Petrus auscultet Gal-
Unigenitus lum; neque enim nunc quæstio est Pœnitentiæ, sed Gratia.
Clem. XI.

At At satis jam, satis Gallica laboratum inter lilia, Eu-
ropæi Corporis Pes Italia in Caput urbium Apostolicos invi-
tāt pedes, à pedē ad pedem evocat SALESIIUM. Fit ex Gra-
tia Episcopus, quam vindicavit. Accipit tiam Præsul, qui,
ut Romani Hierarchæ vittatum staret diadema, stetit. De-
coratur epomide, qui Bellajo *humeros habuit Orbi ferendo pares*.

(*) Bellajus. (*) Fulcitur pedo, qui Ecclesiæ fulcrum fuit Gallicanæ, cum
labaret. Gaudetē Gratianopoles! vestras inter Charites SA-
LESIIUS destinatur Charitas, Romā mittitur Amor, cuius na-
tura est *amare, aut mori: mori & amare*. (*) Timete Lycopo-

(*) Creux *les! pro quibus Lycæones excubant, non Daphnides. Pastro-*
invita p. 5. *ritia virga SALESII non lupos patitur, non lupas, sed Virgi-*
c. 10. *nes Agni Cælestis pedifequas. Timete! repebat adusque pri-*

(*) Pf. 17. *vato in conflictu vestra caligo sub pedibus, (*) nunc appensa lu-*

(*) Pf. 118. *cerna pedibus SALESII (*) etiam lynces fugabit oculatos, ignes*
lucis fatuæ convincet ad oculum, & Gratia, & *Sol Præfulum*

(*) In Pra- *insulatus. (*) Nec mora Roma est SALESIO, cui jam Pede-*
fatione vitæ. *montana plaga obvenit pro amphitheatro. Pedem ē pede*
effert Italiae, Pedem infert Pedemontio. Festinat Genevam,
ut faciat ingenuam. Defluit ad Ararim, ut pietatem instillet
aris. Iter maturat Tononum, ut classicum intonet, & fe-
mina adolescere faciat Religionis immaturæ. Progredere!
progredere faustis talariis Apostole Mercuri! quocunque pe-
dem, & pedum intuleris Caduceator, sequentur prodigia,
Moyfi aut paria, aut non inferiora. Induratas animorum
caucasos aquiliciā percute virgā, & stillabunt montes, si non

gra-

gracili Najadum suffurro, defluentium certē gemitu lacryma-
rum. Mergē Pharaones, qui Christiano Israēli natant in
excidia. Corrige Aquitaniam, quæ vitia haurit antiā, sty-
gēmque bibit in calice, non aquas salvas, neque salientes ad vitā.
Vix pedo armatum Geneva recipit SALESIIUM, vix resurgunt
pulchri super montes pedes, () Hem! quām metamorpha rerum (*)* Isaïæ sz.
facies: marpesiæ Niobes tractantur ut byssum, lucifugæ Al- v. 7.
cirthoæ rutilant ut auroræ, noctivagi Alcalaphi effulgent ut
soles. Averni furia albescent in Cygnos, atrata erroribus
Sabaudia in Olorum candidat Albaniam. Quām metamor-
pha rerum facies! adulteria execrantur Ægypti, impuden-
tiam Stratones, Bacchum Ennii, arrogantiam Dædali, vafri-
tiam Sinones, profigatur dementia, exulant odia, universa
vitiatorum analecta umbrosis oblitterata lituris noctescunt. Quām
metamorpha rerum facies! assurgunt Basilicæ, Numam di-
ceres Jovi architectari propylæa, nisi tesselatō homagiō Chri-
stiano flecterentur Numini. Mystis decorantur aræ, & libe-
raliūs Agnus Theandricus cadit hostia, quām cæso hoste Sci-
pio immolarit hædos in Herculis macello. Exuunt vestium
pompan Helenæ, & fiunt Vestales. Extinguunt patrias na-
taliū ceras, & illustrant Parthenones. Emergunt cænō, &
in cellis maturescunt cælo, declinant Pyrihoos, & genios sibi
inclinant Empyreos, aures obturant orbi invisē procanti, fo-
res pandunt Sponso Gratius visitanti. (*) Inunc! I! ganeo Sa- (*) Istituit
crilege! & ad Tænari Typhisones tuas deduc Euridices, has ab Moniales de
inferis revocabit hic Orpheus. Umbrosis implica Gordius Lu- Vilitatione
cretias: Umbræ, & candoris non patitur implicantiam hic Ma- B. Virg.
cedo. Obsera vanitatis poste luxuriantes Camillas, diffri-
get cardines hic Samson. Quām metamorpha rerum facies!
Et quis vultus in hac facie SALESIO? an suo frontis ebori in-
scribit trophæa Themison Cyprius? an oculorum Scintillis fa-
mæ accendit pyropos Herostratus? an in genarum aprico vi-
ctorias vulgat Hanno Carthagenus? Apage commentæ quæ-
stionis delirium! SALESIIUS ridenti fortunæ, non corridet,
blandienti non connivet, triumphanti non velificat; sublimat
illa, non attollitur; tumet illa, non inflatur; adulatur illa, non
movetur. Eh! SALESIO non placet Salustius, format, tor-
nat,

hât, ornat Romanæ hic fastos historia, Romanus creditur, & est Placentinus; non SALESIUS, qui Rhætia Anesii, Aquitania, Camberii, Dorbæi, Lugduni, Geneva, Tononi, Antuatii, aut Pater est, aut Patritius, omnibus omnia, in omnibus non Allobrox, sed Niliacus: nihil egit, cum omnia. Hinc laboris infulati ampliat desideria, & orbem aut distendi, aut novum amat creari. (*) Quo pede, aut pedo non penetrat affe-

(*) Theoph. Rayn. in Hagio. Lug.

ctus, mittit ephæbulos, libros ablegat curforculos. Scribit Angliæ Veneri Balticæ, ut rescribat Angelicè, Scribit Irlandiæ, ut sine errore respondeat rectiloquè, Scribit Scotiæ, ne rigescat tam frigide. Una SALESII Philothea, quanta desideriorum æthna! imò Orbis quanta per SALESIUM Philothea! domesticis illa ardet incendiis, & pyras accendit in distans. Occulitur sub modio, & facies admovet universo. Empyreus Pyrôtechna SALESII est Philothea: ejaculatur ignes, & illustratur Occidens, evibrat nitædulas, & inflammatur Oriens, emittit flammulas, & accenditur Meridies, ejicit Lyparas, & glaciatus diffluit Septentrio. Partitus in regna Orbis quaternio compaginatur in trochum, trochus circulatur in globum, globus flammescit ignibus, totus portentose flammeus SALE-

(*) Igneus globus apparet super Caput Sale-
sii.

SII vertici incubat Orbis. (*) Capiô prodigium: Caput SALESII amoris est Vulcania, vicinat Orbis ad incidem: maleat, inflammat, amat hunc desideris, quem ardente Eoi pede accedere, & incendere non valebat. Arsissent omnia novo succensa Phaëtonte, si votis in pedes abire licuisset. Adeò sacro igne urebatur in pedibus, ut quocumque incederet, incenderet. Ipsæ ab innocuis calcatae plantis calebant nives, quando sanguineis purpuratæ (*) stillis vaporosa testatæ sunt nube, quantus Æthna foret SALESIUS. Purpurea basio vestigia Viator Apostole, viam veneror Flaminiam, quâ extra Urbem Flamen divinus incedis, imò intrâ urbis hæres viscera, tuus roseè nivefcens laborum callis, nivea purpura tui accendit desideria, ut Ecclesiæ Eminentia stes purpurata. Fuge SALESI! Rhætæus es, Vaticanus Piscator operis foederatus Galliæ expandit retia, ampliat sagenas, ut purpuram si non admiseris, purpura capiare. Videt Gallicus opticus ante Eminentiam virtutem nullam mediocrem, omnes eminentes. (*)

(*) Sanguine è pedibus defluo colorat nives.

Novit oræ Piscariæ Archiclaſſionarius tua cum purpura venturum Aristidem in consilia, Themidem in dicasteria, Fabium in Curiam, Tullium in rostra, & novô velut Pandoræ portentô in purpurato Senatûs Apostolici Collegio, largo superum munere futura: Jovis omnia plena. (*) Ergo duplicentur ver-

(*) Petrus Labbe in E-log. de S. Saleſio.

(*) Virgilius.

ricula, tendantur tragulæ, ut purpura Pedemontana Purpuræ Vaticanæ veniat in capturam. Sed hem! nihil omnibus actum. (*) Coronatas ludit operas, infulatas fallit industrias, A-

(*) Virgilius l. 11. Æneidos.

postolica renovatur historia, Captio Gallica, piscatio fit Galliæ: nihil capimus. (*) Capiô ego SALESIUM: nihil est exinanitum, frustra à solo quæritur ad solum, argenteos pedes cum mythologa nactus est Thetyde, argentum vivum gerit in tibia, fugit, quod humili non candidat Innocentia, sed lanivomo superbit quæstu bomicis Orontæi. Suspicit muricem majestatis Cardinalitiæ, sed præplacet Cardinalium virtutum sororia Princeps humilitas, quæ non foret Celsissima, nisi omnis illi vilesceret Eminentia. Quidquid pede secundo calcant alii, honoris germinet rosas, roseas pullulet in segetes, metuit aculeos SALESIUS, fastus rosei satellitia. Vix enim frui potes purpuræ deliciô sine vulnere. Periculosa velificas carbaso, si rubro ratem committis mari Pharao, & ventô inflatus, vela modestô favoniô non propellis. Rubescens aurora (heu Telephe!) quoties in lacrymas evocat Plejades, quibus stybiatæ lucis minium nimboſo diluit Orione, umbrosum vesperem invehens pro aurora. Adultæ virtutis lycæa amat SALESIUS, non tirocinia, quibus fortè allubescit vestis Tyriæ color. (*) Cruorem prius è venis exprimes, quam

(*) Seneca.

purpuram apprimas, mavult ille nomen scribi umbrâ atticâ, quam rubricâ. Via Coeli non est Pœonia, sed stellea: hinc noctem adamat, ut honoris augem effugiat, neve assequi possit fugientem, vitæ exorat excidium, ut si galerum submiserit Tyberina Majestas, obveniat Calvaria; si purpuram, cinerem contegat; si titulos, epitaphium scribant, & Eminentiam adorent jam tumulatam. Ægrotat SALESIUS, luget lugdunum suum se amittere, & Pana, & panaceam. Solo pede adhuc in orbe est, mente Empyreum inambulat. Meretur humilitatis decempedâ Majestatis calicæ magnitudinem, &

& gratulatur se fuisse Minimum, qui Minimos instituisse, nisi institutos invenisset. Refugit solatia, & solii, & coronæ Gallicæ, solos admittit Minimos in coronam, & soli Minimi solem coronant occumbentem. (*) In summis refert Minima JESU Societas, quod oracula exceperit Senecæ insulati, & quæ in ætatis Majo discipulum habuit Claromonti auscultantem, in vitæ Decembri (*) Magistrum audiat erudientem. Fuit solatia ad Empyreï ostia properanti, quæ in terris manu ductrix cælico fuit ambuloni. (*) Nè adulantem me puta Evagoram Minimis invida, & inimica novatrix fama! æne qui totus humili JESU assuevit vitæ, alio è vivis comitari debuit. Achate, quàm JESU-Vita? cui à pede ad pedum à pedo ad cælum usque fidelitatis Sacramentum dixit Juratus JESU Socius. Cape mysterium: SALESIUS è Palatio transfertur in gazam, ex aula migrat in tugurium, (*) ut quæ aquo pede (*) Horat. (*) & vile Codri gurgustium, & Regum sternit tures libitina, in pede SALESII nihil inveniat, quod fecit homo, omnia quæ JESUS. Detrectat enim è bysso pedem inferre in tumulum, sed è stipula, ut vitæ suæ Archiducem, quem non poterat nascendo, imitaretur moriendo. (*) Moritur SALESIUS, sed vitâ JESU. Fallor, cunas cum JESU intrat Modogenitus, (*) in vitæ Phæse natales agit ferias. Nulla obmurmuret lessum Præfica, quem felix Lucina sinu excipit Elysio. Verè Primam aspexit lucem, quando ante luciferum genita pupillas morientis Lux mundi incurrit JESUS. Mundus illi fuit uterus, fasciæ Cælum. Ab utero transferri non potuit in tumulum, qui mundo nè momentò vixit. Nequirit in illum exercere imperia offeus latro, in quo regnavit Innocentia similis, quæ fuisset Adamo Innocente. (*) Hinc integer vitæ non orbit; sed pede sceleris puro, à mundo mundus, è cæno cælicus, è terra æthereus festâ SS. Innocentium Liturgiâ innocens abit SALESIUS. (*) Occurrite collataneo vestro Innocentes prætextati, & quem Præfulari in toga spectastis infantiam gradi depontanâ, Innocenti Olympo liliatum pedis lactei Olympionicen coronate. Diadema laboris insulati, coronis vitæ, sit corona pedum, Sabbathum consumatâ quietis coronatum.

(*) Moritur die olim Soli dicata.

(*) Moritur in Decembri.

(*) In Morite constanter præfentes habet PP. Societatis.

(*) Ex vita.

(*) Horat.

(*) Theoph. Rayn. (*) Moritur in festis Natalitiis.

(*) Petrus Labbe in Elog. de S. Sales.

(*) Moritur festo SS. Innocent.

Cum Sabbatho & ego tardigradæ Eloquentiæ cursum consumans, dictionem coronò. Hic Calpe, hic Abyla, non plus ultra laureatos fatigabo passus: aliò salit, aliò salitur ingenio hic Rhodus, hic saltus, hic salius, SALESIUS. Incurri in pedes, fateor culpam, reus sum audaciæ; non decurri callem gloriæ, supplex fio benevolentæ. Absolvite confitentem Religiosissimi PP. Paulani, sed sub sigillo piscis muti nemini dixeritis, quæ malè dixi.

Tu verò Pedemontane Mercuri, Thaumaturge SALESI, in pedo & pede Legatæ nate, Cæsareo-Austriacam coronatæ Bellonæ Monarchiam triumphali deduc vestigio ad lauros, & adoreas, ut fugato Odrysi Martis comete, ibi trophæis ter secundus consistat CAROLUS VI., ubi Byzantina non solum mania, sed vasta imperio desinit Thracia. Infringe lunatica inconstantis Didynnæ cornua, ut debellatus Biston à pedibus repat Constantiæ Cæsaris Imperantis. Dacicum delassa Antæum, nè fortitudine imperatoria stratus, audacia resurgat validiore. Excute cruento fulcrum Bosphoro, ut erepta nuper in Bellgrado Carthagine, desit qui labantem Asiam Scipio fulciat, quive belli gradum adversus Servix Helenam sanguinarius repetat Agamemnon. Effice interim, Austriacis in campis fausta ut foecunditas imambulet, utque foecunda per seros Nepotes currant sæcula Thaumaturgo succurre Pede, & Pede, pro quo
Acti, &

D I X I.



Huic